

Band II., Nr. 405, Seite 178-179

Abt Eberhard von Blaubeuren überlässt dem Kloster Salem Güterstücke in Hohenbuch und Grötzingen gegen eine genannte Summe Geldes.

Ohne Ortsangabe, (Zwischen 1175 und 1178.)

In nomine sanctę et individue trinitatis. Ego E.¹, dictus abbas Blabivron, venerabili Ch.² abbati suisque fratribus in Salem in perpetuum. Ne pagine presentis actio per succedentia sibi tempora valeat a memoria hominum oblivione aliqua deleri, notum sit omnibus et presentibus et in posterum supervenientibus, qualiter ego Eberhardus abbas cenobii Blabivron cum universis fratribus meis in capitulo nostro dimidium mansum in Hohinbŕch cum omnibus appenditiis suis, videlicet silvis, pratis, agris, pascuis, atque uno fundo in Gretzingin, unanimi consensu, per manum advocati nostri, domni Gebizonis de Rugge, legitima donatione, sine alicuius contradictione, domino Christiano abbate suscipiente, ecclesię Salem tradidimus. Nos autem propter hoc marcam et dimidiam examinati argenti ab eodem abbate atque a suis fratribus ad perpetuam stabilitatem huius nostre donationis accepimus, et ut nullam a quoquam hominum in omne futurum tempus molestiam paciantur, sigillo nostro presentem paginam signantes munivimus, et testes idoneos qui aderant subscribere iussimus. Gebizo advocatus noster. Heinricus sacerdos de Bilringen. Swicgerus de Gundoluingen. Waltherus de Ehingen. Heinricus miles de Rugge et alii plures.

—

Nach dem in vier Bänden in fol. bestehenden, sehr sorgfältig auf Pergament geschriebenen, dem Hauptbestand nach dem dreizehnten Jahrhundert angehörigen *Diplomatarium Salemitanum* im GLA Karlsruhe, Bd. 1, Nr. 56, S. 87 f., unter dem Rubrum *Privilegium Friderici imperatoris super Salem et predia eius*. Die Urkunde führt dort die Überschrift: *Confirmatio Eberhardi abbatis in blabivron super dimidium mansum in hohenbu^och*.

¹Eberhard I. von Blaubeuren (gest. 1178) bzw. sein Vorgänger Werne (gest. 1159).

²Abt Christian von Salem (gest. 1191), bzw. sein Vorgänger Erinbert (gest. 1175).

Daraus und aus der vorangegangenen Bemerkung ergibt sich die oben angenommene Zeitbestimmung. Das Diplomatar liest hingegen: X.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/1162 S. 87 f. Nr. 56

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift in Karlsruhe.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Blaubeuren Wohnplatz (16722)
 Blaubeuren, UL
 Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)
 Ehingen (Donau), UL
 Feste Ruck Wüstung (23871)
 Feste Ruck, Blaubeuren, UL, W
 Grötzingen Wohnplatz (16671)
 Grötzingen, Allmendingen, UL
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Hohenbuch Wüstung (23856)
 Hohenbuch, Allmendingen, UL, W
 Kirchbierlingen Wohnplatz (16782)
 Kirchbierlingen, Ehingen (Donau), UL
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)